VETUS TESTAMENTUM, UNVOLLSTäNDIG
Entstehungsort unbestimmt, Wende 12./13. Jh.
Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35407
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



excelsi sunt oculi. ⁊ palpebre eius in al
ta subrecte. Generacio que pro denti
bus gladios habet. et comandit dominis molaribus
suis. ut comedat inopes de terra. et
pauperes ex hominibus. Sanguisuge due
sunt filie dicentes. Affer. Affer. Tria sunt
insaturabilia. ⁊ quartum quod nunquam dicit.
sufficit. infernus. ⁊ os vulue. ⁊ terra que
non saciatur aqua. ignis uero nunquam
dicit. sufficit. Oculum qui subsannat
patrem. ⁊ qui despicit partum matris sue.
effodiant eum corui de torrentibus. et co
medant illum filii aquile.

Aleph

Tria sunt difficilia mihi. ⁊ quartum peni
tus ignoro. uiam aquile in celo. uiam
colubri supra petram. uiam naui in medio
mari. ⁊ uiam uiri in adolescencia. Tal
est et uia mulieris adultere. que come
dit. et tergens os suum dicit. Non sum
operata malum. Per tria mouetur terra. ⁊
quartum quod non potest sustinere. per seruum
cum regnauerit. per stultum cum satu
ratus fuerit cibo. per odiosam mulierem
cum in matrimonio fuerit assumpta. et
per ancillam cum heres fuerit domine sue.
Quatuor sunt minima terre. ⁊ ipsa sunt
sapienciora sapientibus. formice. populus in
firmus qui preparat in messe cibum sibi. lepu
sculus. plebs inualida. que collocat in
petra cubile suum. Regem locusta non habet.
⁊ egreditur uniuersa per turmas. Stelio
manibus nititur. ⁊ moratur in edibus regum.
Tria sunt que bene graduntur. ⁊ quartum
quod incedit feliciter. leo fortissimus bestiarum.
ad nullius pauebit occursum. gallus suc
cinctus lumbis. ⁊ aries. nec est rex qui re
sistat ei. ⁊ qui stultus apparuit postquam
eleuatus est. in sublime. Si enim intellexis
set. ori imposuisset manum. Qui autem for
titer premit ubera. ad eliciendum lac. expri
mit butyrum. ⁊ qui uehementer emungit
elicit sanguinem. ⁊ qui prouocat iras
producit discordias. Verba lamuel regis.

Visio qua erudiuit eum mater sua. Quid
dilecte mi. Quid dilecte uteri mei.
xxxj. Quid dilecte uotorum meorum. Ne dederis
mulieribus substantiam tuam. ⁊ diuicias tuas
ad delendos reges. Noli regibus o lamu
hel. noli regibus dare uinum. quia nullum
secretum est ubi regnat ebrietas. ne for
te bibant et obliuiscantur iudiciorum. et
mittent causam filiorum pauperis. Date
siceram merentibus. ⁊ uinum his qui ama
ro sunt animo. Bibant et obliuiscantur
egestatis sue. et doloris non recordentur
amplius. Aperi os tuum muto. ⁊ causis omnium
filiorum qui pertranseunt. Aperi os tuum.
decerne quod iustum est. ⁊ iudica inopem
et pauperem.

Mulierem fortem quis inueniet.
procul ⁊ de ultimis finibus precium eius.
Confidit in ea cor uiri sui. ⁊ spoliis eius
non indigebit. Reddet ei bonum ⁊ non ma
lum omnibus diebus uite sue. Quesiuit
lanam et linum. ⁊ operata est consilio ma
nuum suarum. Facta est quasi nauis insti
tutoris. de longe portans panem suum.
De nocte surrexit deditque predam
domesticis suis. consideraui agrum. et
emit illum. de fructu manuum suarum emit
uineam. plantauit. Accinxit forti
tudine lumbos suos. ⁊ roboraui bra
chium suum. Gustauit et uidit quomodo
bona est negociatio eius. non extinguetur
in nocte lucerna illius. Manum suam misit
ad forcia. ⁊ digiti eius apprehenderunt fu
sum. Manum suam aperuit inopi. et
palmas suas extendit ad pauperem.
Non timebit domui sue a frigoribus ni
uis. Omnes enim domestici eius uestiti
duplicibus. Stragulatam uestem fecit si
bi. byssus ⁊ purpura indumentum eius.
Nobilis in portis uir eius. quando sedet cum
senatoribus terre. Sindonem fecit et uen
didit. ⁊ cingulum tradidit cananeo.
Fortitudo ⁊ decor indumentum eius. ⁊ ride
bit in die nouissimo. Os suum aperuit
sapiencie. ⁊ lex clemencie in lingua eius.
Consideraui semitas domus sue. ⁊ panem
ociosa non comedit. Surrexerunt filii
eius ⁊ beatissimam predicauerunt. uir eius
et laudauit eam. Multe filie congre
gauerunt diuicias. tu supergressa es
uniuersas. Fallax gratia ⁊ uana est pul

Meleth. He. Vav. Zay. Heth. Teth. Loth. Caph Lamech. Mem. Nun. Samech. Ain. Phe. Sade. Coph. Res. Syn.